



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

20 Bisdena Papæ sanctorum dogmata cedunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

et aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deut.] Ad eo autem non queritur, quis, vel qualis predicit, sed quid a predicit, ut b' invidos etiam bene Christum predicare affirmet: quo malo ipso diabolus dejectus est, & hoc ipso e' prædicare non desinit. Ideo ergo & hic, cuius nomen dicimus reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem sua virtutis obtinuit. Quod d' quidem generaliter verum est, nisi aliquorum in tantum se extenderet curiosa suspicio, ut imaginari prolatore a Felice Papa judicio, postea ineffaciter in sacramentis, quia Acacius usurpavit, egisse; ac proinde eos mettere, qui vel in consecratioibus, vel in baptismate mysteriis tradita suscepserunt, ne irrita beneficia divina videantur.

Quia ergo illicite, & non canonice, sed contra decreta prædecessorum, & successorum suorum hæc rescripta dedit (ut probat Felix, & Gelasius, qui Acacium, ante Anastasiū excommunicaverunt, & Hormida, qui ab ipso Anastasiō tertius, eundem Acacium postea damnavit) ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & a Deo perennis legua suscepserunt hec mundo.

C. IX. ¶ Anastasius à Desreprobatus, mutu
diximus perclusus est.

A Nastasius secundus f' natione Romanus, fuit tem-
poribus Theodosii Regis: eodem tempore multi cleri-
ci, & presbyteri se à communione ipsius abegerunt, eò
quod communis auctoritas fini concilio episcoporum, vel pres-
byterorum, & cleri cunctæ ecclesie catholice, diacono
Thessalonicensi, nomine Photino, qui communicaverat
Acacio: & quia voluit occulte revocare Acacium, & non
potuit, mutu divino perclusus est.

i ¶ [Anastasius] Capit' hoc habet quidem Tomo secundo
conciliorum in vita Anastasi. sed esse omnino confitum, cum ex
multis aliis argumentis, tam ex hoc manifeste ostendatur, quod
Acacius (scit' Nicophorus lib. 6. c. 12. & Evagrius lib. 3. cap. 18. &
sequentibus, & clarissime Anastasius bibliothecarius in Chronolo-
gia testatur) tempore Felicis III. obiit, cui succedit Gelasius, &
Gelasius Anastasius, qui initio episcopo f' f' i. ad Anastasiū
Imperatorem, Acaciu mortuam jam, & ante judicem Christum
una cum Felice adiitare scriptis, ut Gelasius quoque ante ipsum
scripterat, & haberet infra 2a. q. 2. c. nec quisquam, quomodo
ergo potuit Anastasius de eo revocando traducere qui jam obi-
xit?

C. X. ¶ Quæ circa indisciplinatos prelatos,
vel ab eis geruntur, in irrum revoca-
centur.

Hinc etiam de Maximo, i. episcopo in Constantino-
politanu synodo statutum est sub Da-
masco Papa, c. 6.

P Ropter totius indiscipline ejus doctrinam, quæ
Constantinopoli orta est, statutum est, ne Maximus
fuisse, aut esse jam putetur episcopus, neque hi, qui ab eo
functi ordinari, qualcumque gradum clericatus obtine-
ant, omnibus scilicet, qui circa eum vel ab eo gesta sunt,
in irrum revocatis.

i ¶ [De Maximo] Ex verbis huius canonis, preserrim,
Graci, & interpretatione Balsamonis, ac vita Gregorii Theologo
per Gregoriorum presbyteriorum descripta, & aliis ex locis (tam-
etsi Theodoreto videtur parvus diligenter hoc tractasse) appa-
ret hunc Maximum nunquam fuisse episcopum, ac propterea
recte statutum nullum ab eo posse imprimi ordinis characterem,
quid non eratde Acacio afferendum. Verba Graci hujus cano-
nis hec sunt: Neq; Maxima t' t' xwixek, καὶ τὸν κατ' αὐτὸν
αποζεῖσα, τὸν δὲ καρκανίτης πόδει γενομένην. ὅπε μήτε

a al. quem. b Philip. i. c al. ipso cap. 8. d Quod
eum ita sit, aliquorum in tantum se extenderit curiosa] orig.
e al. ministeria. f Ex Libro (ut in corpore conciliorum citatur)
Pontificali. Ius part. 14. c. 4. e.

Maximus iustinius non ē γενεῖσα, ειναι, μητε τοις μητε
τοις γενεῖσας οις εἰς τὸν βαθὺν κακὸν, παντοι,
καὶ τοις αυτοῖς καὶ τοις αὐτοῖς γενεῖσας αν διεγερτων,
id est. De Maximo cynico, de quæ iis rebus, quæ nullo or-
dine circa ipsum Constantinopoli gestæ sunt. Neque Ma-
ximum aut suscepit, aut esse episcopum, neque eos, qui ab
ipso sunt ordinati, in ullo cleri gradu censendos: omni-
bus, que & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatus. At
de edicto Maximo, quod nunquam fuerit episcopus, est bou-
placitissimum testimonium in epistola Hadriani Pape, scripta
Basilio imperatori, qua habetur actio prima etiava Synoda
manuscripta, que est penes Cardinalem Sirelensem. Citam enio
Leonen primum, air: Dicit enim altissima tuba, sanctus
videlicet sedis Apostolica Papa Leo, cuius sententiam
quidquid ubique catholicum est, velut celeste miracu-
lum celebrat, & veneratur oraculum; Cum sape quæ-
si male accepto honore nascatur, quis ambigat ne-
quicquam illis esse tribendum, quod non docetur fuisse
collatum? Neque enim inter Photium moechum, & Ma-
ximum cynicum a synodo secunda damnatum, vel in
vel ordinationes hujus & illius, distinctionis aliquid esse
confincimus.

DISTINCTIO XX.

¶ Ecclæstæ itaque epistola canonibus conciliorum pâ-
psis r' juve exequantur. Nunc autem queritur de ex-
positoriis a sacra Scriptura, an exequantur,
an subiectantur ei. Quo enim quisq; magis ratione nütur, &
majoris auctoritatis ejus verba eff'videntur. Plurimi autem
traditorum, sicut pleniora gratis sancti Spiritus, ita am-
pliori scientia diu precelentes, ratione magis adhuc proban-
tur. Unde nonnullorum Pontificum constitutis, Augustini, Hiero-
nymi, atque aliorum traditorum dicta videtur esse preferenda.
2. pars. ¶ Sed alaud est causa terminum imponere: aliud
sacras Scripturas diligenter expondere. In negotiis definitiis, non
solutis est necessaria scientia, fidei etiam pœnas. Unde Christus
dictibus Petro b. [Quodcumque ligaveris super terram,
recti ligatum & in celis, &c.] prius dedit sibi claves regi-
calorum: in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram
& lepram, in altera dans sibi potestatem ejiciendi aliquos ab
Ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo quatinus negotia finem acci-
piant, vel in absolutione innocentium, vel in condemnatione de-
linquentium, absolutione vero vel condemnatio, non scientiam
runtur, sed etiam potestatem praesidentium desiderat; appareat
quod devinarum traditorum scripsi arum, est scientia Pontificis
prominet, tamen, quia dignitatis eorum apicem non
sunt adapti, in sacram quidem scripturarum expositionibus eis
proponuntur: in causa vero definitiis secundum posse eis locum
merentur.

C. I. ¶ Aiorum scripture, Romanorum Pon-
tificum decreta non sunt propo-
nenda.

Unde Leo Papa IV. scribit episcopis
Britannia.

D E c libellis & commentariis aliorum non conve-
nit aliquem judicare & sanctorum conciliorum
canones relinquere, vel decretalium regulas, id est, quæ
habent apud nos simum cum d canonibus. Quibus autem
in omnibus ecclesiasticis utimur iudicis, sunt canones i. Apostolorum, e Nicenorum, Ancyranorum,
Neocaxarientium, Gangrenium, Antiochenium, Lao-
dicensium, Confantinop. Ephel. Chaledonensem, Sar-
dicensium, Africanum, Carthaginem 2. & cum illis regulæ præsumul Romanorum, f. Sylvestri, & Syrici,

a al. expositoribus.] b Matth. 16. c In suo regesta
Denys de p. 2. Pol. p. 3. tit. 20. Anselm. l. 3. cap. ult. 1. v. 4. c. 72. Pan. 1. 2. c. 118. d al. cum illis in canone. e al. qui dicuntur Apo-
stolorum. f Apud Anselmum, & Polycarpum, defunct annua
Pontificis nomina.

Innocentii, Zozimi, Calestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Hormisdæ, Simplicii, & Gregorii junioris. Ibi omnino sunt, & per quos iudicant episcopi, & per quos episcopi simul iudicantur, & clericci. Nam si tale emerget, vel contingit iustitiam negotiorum, quod minimè possit per istos definiri; tunc si illorum, quorum meminimus, dicitur Hieronymi, Augustini, Isidori, vel extoritorum similiiter sanctorum doctorum similium reporta fuerint, magnanimitate sunt retinenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius magna voce pronunciare non timeo: quia, qui illa, qua diximus, sanctorum Patrum statuta, que apud nos canonum nomine praetitulantur, (ive sint ille episcopus, five clericus, five laicus) non s'indifferenter recipere convincitur, nec catholicam, & Apostolicam fidem, nec sancta quatuor Evangelia utiliter, & efficaciter ad effectum a lium retinere, vel credere probatur.

1 ¶ **Sane Canones**] Indicat canones, & regulas, ex quibus constat corpus, vel codex canonum, de quo in prefatione dictum est, quo Romani Pontifices, prefertim in iudeis uteruntur, in quo codice sunt canones tantum, non synodus gesta, ut superius Niclaeus, in c. Romanorum, 19. dist. scriptis.

2 ¶ **Carthaginem**] In codice canonum unica est syndicis Carthaginensis, continens canones triginta tres, qui ex variis conciliis Carthagini habitis, collecti fuerant. Eos canones sedes Apostolica videtur probasse, & sicut est, quando in codicem canonum referendis curavist. Eadem etiam Graci, quo ordine apud Latinos habentur, cum alio præterea multo Africanarum Synodorum conjuncto, in lingua suam verterunt, & hi ipsi sunt, quos inde numerus Anselmus, Burchardus, & Ivo citant: quamvis Grarianus interdum quidem hic utatur, interdum vero ex singulis Carthaginensis conciliis canones accipit, quod sicut indicabitur. Et de hac unica Carthaginem syndico intellegendum est, quod haberetur supra dist. 16.c, prima ad notatio, vers. septima, quod hic declarandum dilatum fuit.

3 ¶ **Non indifferenter**] Ascelma, Deus-dedit, & Gregorius presbyter in Polycapo habent, qui eandem indifferenter non recipit, ipse se convincit minimè catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum sua retinere salutis.

C. II. ¶ **Corripiendi sunt que decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non observantur.**

Item Nicolaus I. Ptolema, in b. epistola, cuius initium est, [Postquam beato Petro.]

Si de ceteris Romanorum pontificum non habetis, de neglectu atque incuria eius arguendi. Si vero habetis & non obseruatatis, de temeritate eius corripiendi, & increpandi.

C. III. ¶ **Ad quos sit recurendum, cum scriptura auctoritas non occurrit.**

Item Innocentius I. Papa.

DE quibus & causis nulla solvendi, ligandique auctoritas in libris veteris Testamenti, quatuor Evangeliorum, cum totis scriptis Apostolorum appareat, ad divina recure scripta Graeca d. Si neque in illis, canones & Apostolica fides intueri. Si nec in illis, ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas à doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis, sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quod si omnibus his inspectis, hujus quæstionis qualitas non lucide investigatur; seniores provinciarum congrega, & eos interroga. Facilius namque invenitur quod a pluribus senioribus

a. al. profectio. b. Epist. eadem epist. 6. ex qua sumptum est, c. quod dicitur, supra difin. 16. Anselm. lib. 3. cap. 33. c. Polycarpus lib. 7. tit. 3. Burchard. lib. 3. c. 28. Ivo par. 4. cap. 70. d. al. Graece.

quætitur. Verus enim reprobator Dominus ait a. [Si duo ex vobis, vel tria conuenient super terram in nomine meo, de omni re quæcumque petierint, fieri illis a parte meo.]

1 ¶ **Innocentius**] Caput hoc non est inter epistolas Innocentii primi, que multi existant; neque vero Innocentii secundi esse posset, cum ante ipsius scripturam Burchardus, & Ivo, a quibus ipsius citatur.

2 ¶ **Canones**] Verba hac, que apud Gratianum deerant, sunt apud Burchardum, & Iovem, & Polycarpum, in quo Polycarpus habentur hoc ipso loco, in quem sunt restituta.

DISTINCTIO XXI.

1 ¶ **Ecclæ ergo Romanorum Pontificum, & sacerdoti eius** conciliorum ecclesiastica negotia, ut supra monstratum est, terminantur. ¶ **Mosæ vero** sacerdotum canonum, & decretorum Pontificum sunt summæ Pontifices, & infra presules, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in veteri Testamento est inchoata, & in novo plenius consummata. ¶ **Summi enim Pontifices, & minores sacerdotes a Deo** sunt instituti per Moysen b. qui ex præcepto Domini, Aaron in summum Pontificem, filios vero ejus unxit in minores sacerdotes. Postea vero David, cum ministeria domini Domini applicaret, janitores, & cantores instruxit. Porro Salomon quendam medium exorcizandi inventus, quo damonzi adjurati, ex officiis corporibus pellectur: huic officio mancipati, exercitæ vocati sunt, de quibus Dominus in Evangelio c. [Si ego in Bezelzubub ejicio daemona, filii veltui (videlicet exorcista) in quo ejiciuntur:] Hac omnia in novo Testamento ecclesia innitata, habet janitores suos, quos ostiarios appellamus. Pro cantoribus lectores & simul cantores instruitur. Exercitæ autem nomine antiquo & officio permanente recipit. Pro filiis vero Aaron, omnes infra summum Pontificem sacerdotium administrantes sunt confecrati. ¶ **Inter eos** quidam discretio servata est, ut alii appellentur simpliciter sacerdotes, alii archipresbyteri, alii chorepiscopi, alii episcopi, alii archiepiscopi, seu metropolitæ, alii primates, alii patriarchæ, alii summæ Pontifices. ¶ **Huius discretio à genitilibus maxime** introducta est, quos suos flamines, alios simpliciter flamnes, alios arciflamines, alios protoplamines appellabant. Simpleriter vero majorum, & minorum sacerdotum discretio in novo Testamento ab ipso Christo summis exordium, qui duodecim Apostolos tanquam maiores sacerdotes, & lxxii. discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petrus vero quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei pro omnibus, & proximis claves regu calorum tribuit, & a se petra, Petri sibi nomen imposuit, atque pro ejus fide se specialiter rogasse testatus est. & ut caseros confirmaret, sibi injunxit, dicere d. [Ego rogavi pro te Petre, ut non deficit fides tua, & tu aliquando converfus confirma fratres tuos.] Hanc tandem formam Apostoli fecerat, in singulu ciuitatibus episcopos, & presbyteros ordinaverunt: Levitas autem ab Apostolis ordinatis legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus c. Subdiaconos, & acolythos procedente tempore ecclesiæ sibi constituit.

C. I. ¶ **Unde nomina ecclesiasticorum graduum sumuntur.**

¶ **De his ita scribit B. Isidorus lib. 7. Etymol. cap. 2.**
nomina illorum, & nominum causas exponens, ita inquieti.

Clericos f & clericos hinc appellatos credimus, quia Marthias g forte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. K. n. g. enīm Graecæ, fors Latinæ, vel ha reditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de forte domini sunt; vel qui Domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur o-

a. Matth. 18. b. Exo. 28.1. Paral. 25. & 3.23. c. Luc. 11. d. Luc. 22. e. Ad. 6. f. De officiis lib. 2. c. 1. Rabanus de insit. cler. lib. 1. c. 2. g. Ad. 1.

C. 4